

DOMITIA LUCILLA CALVILLA, Calvisii Tulli bis
Cos.filia, Annii Veri coniux, mater M. Antonini Imperatoris.



FAVSTINA Antonini Pii, & Faustinae filia, M. Antonini con-
sobrina, & coniux, gladiatoris amore succensa, epoto sanguine illius,
cum Antonino marito concubuit, ex quo Antoninum, qui quadri-
mus perit, & Commodum postea Imperatorem procreavit. Filias
quoque duas Fadillam, quae in radicibus motis Tauri obiit, & Lucillam,
quae L. Vero, & deinceps Pompeiano bis Cos. desponsata fuit.

L. VERVS CAESAR, qui & VERISSIMVS, filius M.
Antonini, quem in secessu Praenestino pater Antoninus agens, execta
sub aure tubere, septennem amisit, eumque non plus quinque diebus lu-
xit; statuamque & imaginem auream Circensibus per pompam por-
tari iussit, nomenque eius Saliari carmine celebratum est.



L. VERVS CAEIONIVS COMMODVS Verus Antoni-
nus, qui ex Adriani voluntate Aelius dictus est, ex Antonini con-
iunctione Verus Antoninus est appellatus, patre L. Aelio Vero, qui ab
Adriano